

pour la loi de Dieu, a reçu la promesse d'un sacerdoce éternel.

55. Josué, accomplissant la parole du Seigneur, est devenu le chef d'Israël.

56. Caleb, en rendant témoignage dans l'assemblée de son peuple, a reçu un héritage.

57. David, par sa douceur, s'est acquis pour jamais le trône royal.

58. Elie étant embrasé de zèle pour la loi, a été enlevé dans le ciel.

59. Ananias, Azarias et Misaël, croyant fermement en Dieu, ont été sauvés des flammes.

60. Daniel, dans la simplicité de son cœur, a été délivré de la gueule des lions.

61. Ainsi considérez tout ce qui s'est passé de race en race, et vous trouverez que tous ceux qui espèrent en Dieu ne s'affaiblissent point.

62. Ne craignez donc point les paroles de l'homme pécheur, parce que toute sa gloire n'est que de l'ordure et que la pûture des vers.

63. Il s'élève aujourd'hui, et disparaîtra demain; parce qu'il sera retourné dans la terre d'où il est venu, et que toutes ses pensées se seront évanouies.

64. Vous donc, mes enfants, armez-vous de courage, et agissez vaillamment pour la défense de la loi, parce que c'est elle qui vous comblera de gloire.

65. Vous voyez ici Simon, votre frère : je sais qu'il est homme de conseil : écoutez-le toujours; et il vous tiendra lieu de père.

66. Judas Machabée a été fort et vaillant dès

59. *Ananias, Azarias et Misaël.* On voit ici un témoignage rendu au livre de Daniel qui est cité à la suite des livres historiques de l'Ancien Testament.

65. *Scio quod vir consilii est.* On ne peut trop admirer ici la sagesse de Mathathias. Il connaissait ses enfants et il fait connaître à chacun ce qu'il y a de bon en lui. Simon est pour le conseil, Judas sera la main qui exécute. Il fonde ainsi sa dynastie, parce qu'il place, comme il convient, chacun des membres de sa famille et qu'il arrive à l'organiser avec une merveilleuse sagesse. Grâce à cette entente des choses, cette famille, si faible au commencement, disposera bientôt d'armées puissantes, et finira par régner sur son pays qu'elle aura affranchi du joug de l'étranger.

55. *Jesus.* Josue. — *Dum implevit verbum.* Præceptum Dei transeundi Jordanem, et occupandi terram promissam, eamque populo dividendi, Josue, 1, 2.

56. *Dum testificatur in Ecclesia.* Dum hortatur populum ut audeant aggredi terram promissam. Num., 14, 6. — *In Ecclesia.* In cœtu populi. — *Acceptit hæreditatem.* Nimirum Hebron, quam urbem accepisse dicitur, Josue, 14, 24, quia secutus est Dominum Israel.

57. *In sua misericordia.* Pietate, mansuetudine, clementia, quam præsertim cum Saule exercuit.

58. *Elias, dum zelat zelum legis.* Occidens propheta Baal, III. Reg., 18, 40, et contra idololatriam pugnans. — *Receptus est in cœlum.* IV. Reg., 2, 11.

59. *Liberati sunt de flamma.* Historia est apud Daniel., c. 3.

60. *Simplicitate.* Sinceritate, integritate. — *Liberatus est de ore leonum.* Historiam habes Daniel., c. 6.

61. *Per generationem et generationem.* Per singulas ætates. — *Non infirmantur.* Viribus non deficiunt, nec succumbunt adversis.

62. *A verbis.* Minacibus. — *Viri peccatoris.* Antiochi et ministrorum ejus. — *Stercus et vermis est.* Pro velut sterco. Vel cito desinit per mortem in sterco et vermes.

63. *Conversus est in terram suam.* Solvitur in terram et pulverem ex quo formatus est. — *Cogitatio ejus perit.* Quecumque machinabatur in nihilum reciderunt.

64. *In ipsa gloriosi eritis.* Non vult eos gloriam querere, id enim vanitatis est, et indignum sanctis viris; sed eam securitatem ait, sicut umbram corpus.

* 65. *Ipsæ erit vobis pater.* Propter consilii præstantiam, non propter ætatis prærogativam; nam Judas, qui in pontificatu successit, natu maximus erat, secundus Joannes, tertius Jonathas, quartus Simon; ita Josephus, Seder Olam et alii.

66. *Aget bellum populi.* In græco est, *πολεμησει πολυμυον λαών*, bellabit bellum populorum, quod idem est; singule enim urbes habent populum suum. Nisi explices bellum populorum, id est, contra populos Judæorum inimicos.

zelum Dei, accepit testamentum sacerdotii æterni. [a Num. 24. 13.]

55. a Josue, dum implevit verbum, factus est dux in Israel. [a Eccli. 45. 28. Jos. 1. 2.]

56. a Caleb, dum testificatur in ecclesia, accepit hæreditatem. [a Num. 14. 6. Jos. 14. 14.]

57. a David in sua misericordia consecutus est sedem regni in sæcula. [a II. Reg. 2. 4.]

58. a Elias, dum zelat zelum legis, receptus est in cœlum. [a IV. Reg. 2. 11.]

59. a Ananias et Azarias et Mizael credentes, liberati sunt de flamma. [a Dan. 3. 50.]

60. a Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. [a Dan. 6. 22.]

61. Et ita cogitate per generationem et generationem; quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur.

62. Et a verbis viri peccatoris ne timueritis; quia gloria ejus sterco, et vermis est.

63. Hodie extollitur, et cras non invenietur; quia conversus est in terram suam, et cogitatio ejus perit.

64. Vos ergo, filii, confortamini, et viriliter agite in lego; quia in ipsa gloriosi eritis.

65. Et ecce Simon frater vester, scio quod vir consilii est; ipsum audite semper, et ipse erit vobis pater.

66. Et Judas Machabæus fortis viri-

bus a juventute sua, sit vobis princeps militiæ, et ipse aget bellum populi.

67. Et adducetis ad vos omnes factores legis : et vindicate vindictam populi vestri.

68. Retribuite retributionem gentibus, et intèdite in præceptum legis.

69. Et benedixit eos, et appositus est ad patres suos.

70. Et defunctus est anno centesimo et quadragesimo sexto; et sepultus est a filiis suis in sepulcris patrum suorum in Modin, et planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

sa jeunesse : qu'il soit le général de vos troupes; et il conduira votre peuple dans la guerre.

67. Joignez à vous tous les observateurs de la loi, et vengez votre peuple de ses ennemis.

68. Rendez aux nations le mal qu'elles vous ont fait : et soyez toujours attentifs aux préceptes de la loi.

69. Après cela il les bénit, et il fut réuni à ses pères.

70. Il mourut en la cent quarante-sixième année, et il fut enseveli à Modin par ses enfants dans le sépulcre de ses pères; et tout Israël le pleura, et fit un grand deuil à sa mort.

CHAPITRE III.

Judas Machabée succède à son père. Ses premières victoires.

1. Et surrexit Judas qui vocabatur Machabæus, filius ejus pro eo;

2. Et adjuvabant eum omnes fratres ejus, et universi qui se conjunxerant patri ejus, et præliabantur prælium Israel cum lætitia.

3. Et dilatavit gloriam populo suo, et induit se lorica sicut gigas, et succinxit se arma bellica sua in præliis, et protegebat castra gladio suo.

4. Similis factus est leoni in operibus suis, et sicut catulus leonis rugiens in venatione.

5. Et persecutus est iniquos perscrutans eos; et qui conturbabant populum suum, eos succendit flammis;

6. Et repulsi sunt inimici ejus præ timore ejus, et omnes operarii iniquitatis conturbati sunt; et directa est salus in manu ejus.

7. Et exacerbabat reges multos, et

1. Alors Judas, son fils, surnommé Machabée, prit sa place.

2. Il était assisté par tous ses frères, et par tous ceux qui s'étaient joints à son père : et ils combattaient avec joie pour la défense d'Israël.

3. Ce fut lui qui accrut la gloire de son peuple : il se revêtit de la cuirasse comme un géant; il se couvrait de ses armes dans les combats, et son épée était la protection de tout le camp.

4. Il devint semblable à un lion dans ses grandes actions, et à un lionceau qui rugit en voyant sa proie.

5. Il poursuivit les méchants, en les cherchant de tous côtés, et il brûla ceux qui troublaient son peuple.

6. La terreur de son nom fit fuir ses ennemis devant lui : tous les ouvriers d'iniquité furent dans le trouble; et son bras procura le salut du peuple.

7. Ses grandes actions irritèrent plusieurs

70. *Anno centesimo et quadragesimo sexto.* C'était l'an 146 de l'ère des Séleucides, ou l'an 166 avant Jésus-Christ.

CAP. III. — 1. *Et surrexit Judas.* Judas était le troisième des fils de Mathathias. Il prit le commandement de l'armée, et son surnom de Machabée fut donné non-seulement à ses frères et à tous ceux qui combattirent sous ses ordres, mais encore à tous les Juifs qui souffrirent pour la cause de Dieu pendant cette persécution. L'Esprit-Saint commence par faire un magnifique éloge de ce nouveau chef avant de raconter ses exploits (Cf. II. Mach. VIII, 1-22).

67. *Vindicate vindictam.* Ulciscimini injurias.

68. *Retributionem.* Id quod par est eis rependi pro injuriis et damnis populo fidei illatis. — *Intèdite in præceptum legis.* Solliciti estote in legis observatione.

69. *Appositus est ad patres suos.* In limbo patrum suorum cœtui aggregatus est. Vide dicta Genes., 25, 8.

70. *Anno centesimo et quadragesimo sexto.* Non ætatis, sed regni Græcorum, ut supra, c. 1, n. 11. — *In sepulcris patrum suorum in Modin.* Ex quo apparet Mathathiam cum liberis suis, licet habitarent in Jerusalem, oriundos tamen fuisse ex oppido Modin. — *Planctu magno.* Lacrymis ejus mortem, et honestis exsequiis ejus funus prosecuti sunt.

CAP. III. — 1. *Et surrexit Judas.* Successit, et institutione patris, ut patet superiori capite, n. 66, et jure etiam primogenituræ, ut voluit Serarius et Salianus. Nec si Scriptura Judæ fortitudinem commendat numero illo 66 citato, dum causam affert cur suffectus sit patri, ideo ipsum negat fuisse primogenitum. — * *Pro eo.* In utroque scilicet munere, et ducis et pontificis.

* 3. *Sicut gigas.* Id est, sicut heros, sicut vir fortissimus; hoc enim aliquando significat gigas in sacris Litteris, ut cum dicitur Psal. 32, 16 : *Gigas non salvabitur in multitudine virtutis sue.*

* 5. *Persecutus est iniquos.* Vide quæ infra dicam, n. 15.

* 6. *Repulsi sunt.* Cohibiti.

* 7. *Exacerbabat.* Provocabat ad iram; quasi dicat : Molestiam exhibebat. — * *Reges multos.* Antiochum Epiphanem, Antiochum Eupatorem et Demetrium; cum his enim omnibus bellum gessit. — * *In benedictione.* Id est, cum laude.

rois, et furent la joie de Jacob : et sa mémoire sera éternellement en bénédiction.

8. Il parcourut les villes de Juda, il en chassa les impies, et il détourna la colère de Dieu de dessus Israël.

9. Son nom devint célèbre jusqu'aux extrémités du monde; et il rassembla ceux qui étaient près de périr.

10. Alors Apollonius assembla les nations, et leva de Samarie, une grande et puissante armée, pour combattre contre Israël.

11. Et Judas en ayant été averti, marcha contre lui, le défait et le tua : et un grand nombre des ennemis fut taillé en pièces, et le reste mis en fuite.

12. Il en rapporta les dépouilles, et il prit l'épée d'Apollonius, et s'en servit dans les combats toute sa vie.

13. Séron, général de l'armée de Syrie, ayant appris que Judas avait rassemblé auprès de lui une grande troupe composée de ceux qui étaient fidèles à sa loi,

14. Dit en lui-même : Je m'acquerrai de la réputation et de la gloire dans tout le royaume par la défaite de Judas et de tous ceux qui sont avec lui, qui méprisent les ordres du roi.

15. Il se prépara donc pour le combattre; et l'armée des impies le suivit avec un puissant secours, pour se venger des enfants d'Israël.

16. Ils s'avancèrent jusqu'à Bethoron : et Judas vint au devant d'eux avec peu de gens.

17. Mais ceux-ci ayant vu marcher contre eux l'armée ennemie, ils lui dirent : Comment pourrons-nous combattre contre une armée si grande et si forte, nous qui sommes en si petit nombre, et fatigués du jeûne d'aujourd'hui?

18. Judas leur dit : Il est aisé que peu de gens

l'édificabab Jacob in operibus suis, et in seculum memoria ejus in benedictione.

8. Et perambulavit civitates Juda, et perdidit impios ex eis, et avertit iram ab Israel.

9. Et nominatus est usque ad novissimum terræ, et congregavit pe-reuntes.

10. Et congregavit Apollonius gentes, et a Samaria virtutem multam et mag-nam, ad bellandum contra Israel.

11. Et cognovit Judas, et exiit obviam illi; et percussit, et occidit illum; et ceciderunt vulnerati multi, et reliqui fugerunt;

12. Et accepit spolia eorum; et gladi-um Apollonii abstulit Judas; et erat pugnans in eo omnibus diebus.

13. Et audivit Seron princeps exer-citus Syriæ, quod congregavit Judas congregationem fidelium, et ecclesiam secum,

14. Et ait : Faciam mihi nomen, et glorificabor in regno, et debellabo Judam, et eos qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum regis.

15. Et præparavit se; et ascenderunt cum eo castra impiorum, fortes auxi-liarii ut facerent vindictam in filios Israel.

16. Et appropinquaverunt usque ad Bethoron; et exivit Judas obviam illi cum paucis.

17. Ut autem viderunt exercitum venientem sibi obviam, dixerunt Judæ : Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, et tam fortem, et nos fatigati sumus jejuni-ohodie?

18. Et ait Judas : Facile est concludi

10. *Et congregavit Apollonius.* Apollonius avait été établi gouverneur de Samarie et de Judée par Antiochus. Judas l'attaqua avec une poignée de monde et remporta sur lui une victoire signalée (166).

16. *Usque ad Bethoron.* Il y avait deux villes de ce nom, le Haut et Bas Bethoron; elles étaient situées à 4 lieues au nord-ouest de Jérusalem.

18. *In multis et in paucis.* C'était l'esprit de foi qui avait animé Moïse et tous les anciens patriarches.

* 8. *Iram.* Noxam, seu afflictionem, qua Deus ad illam diem populo suo iratus eum attriverat.

* 9. *Usque ad novissimum terræ.* Usque ad extremum terre, Syriæ nimirum, vel Ægypti. — *Pereuntes.* Periclitantes, et alioqui perituros.

* 10. *Congregavit Apollonius gentes.* Erat hic Apollonius pro rege Antiocho Samariæ præfectus, ut vult Josephus, lib. 12, c. 10; alii Cœlesyriæ et Phœnicis. — *Virtutem multam.* Multas copias.

* 12. *In eo.* Cum eo.

* 13. *Et Ecclesiam.* Est repetitio; idem enim significat Ecclesia et congregatio.

* 14. *Faciam mihi nomen.* Gloriam comparabo, et regis gratiam, facinore aliquo egregio patrato. — *Verbum regis.* Jussa et præcepta Antiochi.

* 15. *Ascenderunt cum eo castra impiorum.* Hæc impiorum auxilia regio exercitui addita, Josephus ait fuisse perfugas Judæorum, qui scilicet fidem et religionem ejuraverant, quod viderent Judam et suos sibi esse infensissimos; de iis enim paulo ante dixerat : *Et persecutus est iniquos, perscrutans eos; et qui conturbabant populum suum, eos succendit flammis; et repulsi sunt inimici ejus, etc.* Hi ergo se regis copiis adjunxerant.

16. *Usque ad Bethoron.* Quæ urbs erat in tribu Benjamin juxta Gabaon. — *Cum paucis.* Cum omnibus suis, qui tamen pauci erant, si cum hostibus conferrentur.

17. *Fatigati sumus jejuniu hodie.* Necessitatis, an religionis causa jejunaverint, non constat. Fortasse hostium vicinitas subito animadversa tempus reficiendis cibo viribus eripuit. Fortasse etiam voluntaria fuit inedia; illud enim hodie, diem jejuniu dicatam significat. Quod si ita est, notanda militum pietas, qui armati, et iter agentes, et pugnaturi, Deum jejuniu sibi propitium reddere voluerunt, vel a lege præscriptum observare.

18. *Concludi.* Tradi victos. — *In multis.* Per multos, auxilio multorum.

multos in manus paucorum; et non est differentia in conspectu Dei coeli liberare in multis, et in paucis;

19. Quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est.

20. Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci, et superbia, ut disperdant nos, et uxores nostras, et filios nostros, et ut spolient nos;

21. Nos vero pugnabimus pro animabus nostris, et legibus nostris;

22. Et ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram; vos autem ne timueritis eos.

23. Ut cessavit autem loqui, insiluit in eos subito, et contritus est Seron, et exercitus ejus in conspectu ipsius;

24. Et persecutus est eum in descensu Bethoron usque in campum, et ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philistinim.

25. Et cecidit timor Judæ, ac fratrium ejus, et formido super omnes gentes in circuitu eorum;

26. Et pervenit ad regem nomen ejus, et de præliis Judæ narrabant omnes gentes.

27. Et audivit autem rex Antiochus sermones istos, iratus est animo; et misit, et congregavit exercitum universi regni sui, castra fortia valde;

28. Et aperuit ararium suum, et dedit stipendia exercitui in annum; et mandavit illis ut essent parati ad omnia.

29. Et vidit quod defecit pecunia de thesauris suis, et tributa regionis modica propter dissensionem, et plagam quam fecit in terra, ut tolleret legitima quæ erant a primis diebus;

30. Et timuit ne non haberet ut semel et bis, in sumptus et donaria quæ dederat ante larga manu, et abundaverat super reges qui ante eum fuerant.

31. Et consternatus est animo valde, et cogitavit ire in Persidem, et accipere

31. *Et cogitavit ire in Persidem.* Au moment où il apprit la défaite d'Apollonius et de Séron en Judée, Antiochus recevait d'Orient des nouvelles plus inquiétantes encore. Le roi d'Arménie, Artaxias, s'était révolté, et la Perse refusait de lui payer le tribut ordinaire. L'insurrection de la Judée n'était qu'un événement secondaire comparativement à ces deux révoltes. C'est pourquoi il résolut d'aller de sa personne écraser les rebelles en Arménie et en Perse et de laisser à son lieutenant Lysias le soin de réprimer les Juifs.

19. *Victoria.* Contingit. — *Fortitudo.* Ad vincendum.

20. *In multitudine contumaci et superbia.* En πληθη ὑβρεως και ανεμιας, in multitudine contumeliæ et iniquitatis, multis sceleribus degravati et odiosi Deo.

21. *Pro animabus nostris.* Pro vita nostra.

24. *Persecutus est eum in descensu Bethoron.* Jam nobilitatus fuerat olim hic ipse descensus Bethoron, Josue, 10, 11, inmissa colitus in fugientem hostem lapidatione grandinis.

29. *Defecit pecunia de thesauris suis.* Licet magnam auri et argenti vim in expilatione templi confecisset, adhuc tamen eget; quod impiis principibus, Deo faciente, usu venire solent. — *Tributa regionis modica.* Hæc una ex causis fuit deficientis pecuniæ in thesauris regis, nimirum tenuitas vectigalium in expilata provincia, et quæ geminis jam exercitus nutriebat. Accedebat grave tributum quod Romanis a rege pendebatur, cujus mentio lib. 11, Machab., 8, 10. — *Dissensionem.* Bellum. — *Legitima.* Legem Judæorum, quam abolere nitebatur Antiochus.

30. *Ut semel et bis.* Ut alias habuerat. — *Donaria, quæ dederat ante larga manu.* Hæc etiam causa fuit exhausti regii ararii. — *Abundaverat.* Largius dederat.

en battent beaucoup : et quand le Dieu du ciel veut sauver, il n'y a point de différence entre un grand et un petit nombre.

19. Car la victoire ne dépend point de la grandeur des armées, mais c'est du ciel que vient toute la force.

20. Ils marchent contre nous avec une multitude de gens superbes et insolents, pour nous perdre tous avec nos femmes et nos enfants, et pour s'enrichir de nos dépouilles.

21. Mais pour nous, nous combattons pour notre vie et pour notre loi.

22. Et le Seigneur brisera lui-même tous leurs efforts devant nous, c'est pourquoi ne les craignez point.

23. Quand il eut cessé de parler, il se jeta aussitôt sur eux : et Séron fut renversé devant lui, avec toute son armée.

24. Judas le poursuivit à la descente de Bethoron jusqu'à la plaine; et huit cents hommes des ennemis furent tués, mais le reste s'enfuit au pays des Philistins.

25. Alors la terreur de Judas et de ses frères se répandit de tous côtés parmi les nations voisines.

26. Son nom fut connu du roi même; et tous les peuples parlaient des combats et des victoires de Judas.

27. Lors donc que le roi Antiochus eut reçu ces nouvelles, il entra dans une grande colère; et il envoya dans tout son royaume lever des troupes dont il fit une puissante armée.

28. Il ouvrit son trésor, il paya ses gens pour un an, et il leur commanda d'être prêts à tout.

29. Mais ayant vu que l'argent de ses trésors avait manqué, et qu'il retirait peu de tributs du pays de Judée, à cause des troubles qu'il y avait excités et des maux qu'il y avait faits, en leur ôtant la loi qu'ils avaient gardée de tout temps,

30. Il eut peur de n'avoir pas de quoi fournir comme auparavant aux frais de la guerre, et aux grandes libéralités qu'il avait accoutumé de faire avec une largesse extraordinaire, ayant été magnifique plus que tous les rois qui l'avaient précédé.

31. Dans cette grande consternation où il se trouvait, il résolut d'aller en Perse, pour y lever

les tributs des peuples, et y amasser beaucoup d'argent.

32. Il laissa donc Lysias, prince de la maison royale, pour avoir soin des affaires du royaume, et commander depuis le fleuve de l'Euphrate jusqu'au fleuve de l'Égypte.

33. Et pour avoir soin de l'éducation de son fils Antiochus, jusqu'à ce qu'il fût de retour.

34. Il lui laissa la moitié de l'armée et des éléphants; et il lui donna ses ordres pour tout ce qu'il voulait faire, et pour ce qui regardait aussi les peuples de la Judée et les habitants de Jérusalem;

35. Lui commandant d'y envoyer une armée pour perdre et exterminer entièrement toutes les troupes d'Israël et les restes de Jérusalem, et pour effacer de ce lieu tout ce qui pourrait en renouveler la mémoire;

36. Et lui ordonnant d'établir des étrangers dans tout leur pays pour l'habiter, et de distribuer au sort toutes leurs terres.

37. Le roi prit la moitié de l'armée qui lui restait, partit d'Antioche, capitale de son royaume, en la cent quarante-septième année; passa l'Euphrate, et traversa le haut pays.

38. Et Lysias choisit Ptolémée, fils de Dorymini, Nicanor et Gorgias, qui étaient des hommes puissants entre les amis du roi;

39. Et envoya avec eux quarante mille hommes de pied, et sept mille chevaux; il leur donna ordre d'aller dans le pays de Juda, et de ruiner tout selon que le roi l'avait commandé.

40. Ils s'avancèrent donc avec toutes leurs troupes, et vinrent camper près d'Emmaüs, le long de la plaine.

41. Les marchands des pays voisins ayant su leur arrivée, prirent beaucoup d'or et d'argent, et des serviteurs, et vinrent au camp, afin d'acheter les enfants d'Israël que l'on devait faire esclaves, et l'armée de Syrie se joignit à eux, avec celle du pays des étrangers.

42. Judas et ses frères reconnurent alors que leurs maux s'étaient multipliés, et que l'armée ennemie s'approchait de leur pays; ils surent l'ordre que le roi avait donné de perdre leur peuple, et de le détruire entièrement;

37. Anno centesimo et quadragesimo septimo. La 147^e année de l'ère des Séleucides, ou l'an 165 avant Jésus-Christ. — *Superiores regiones*. L'Arménie et les autres provinces au delà de l'Euphrate.

38. *Et elegit Lysias*. Lysias chargé de la lieutenance du royaume et de la garde d'Antiochus Eupator, l'héritier présomptif de la couronne, ne put quitter la Syrie, et il chargea trois généraux syriens, Ptolémée, fils de Dorymini, Nicanor et Gorgias, d'achever la guerre de Judée.

40. *Et applicuerunt Emmaum*. Cet Emmaüs est la ville appelée Nicopolis par les Romains. Il ne faut pas la confondre avec le bourg d'Emmaüs dont parle saint Luc et qui était plus près de Jérusalem.

33. *Antiochum filium suum*. Qui dictus est Antiochus Eupator, qui patri ad triennium in regno successit, et cum Lysia a Demetrio Sotere consobriño interfectus est.

35. *Ad eos*. Contra eos. — *Virtutem*. Exercitum, ad delendas copias Judæorum.

41. *Nomen*. Famam. — *Pueros*. Famulos, vel servos. — *Alienigenarum*. Phillistinorum, aliorumve gentilium.

42. *In interitum et consummationem*. In ruinam et extremam perniciem Judæorum.

tributa regionum, et congregare argentum multum.

32. Et reliquit Lysiam hominemobilem de genere regali, super negotia regia, a flumine Euphrate usque ad flumen Ægypti;

33. Et ut nutriret Antiochum filium suum, donec rediret.

34. Et tradidit ei medium exercitum, et elephantos, et mandavit ei de omnibus quæ volebat, et de inhabitantibus Judæam et Jerusalem;

35. Et ut mitteret ad eos exercitum, ad conterendam et extirpandam virtutem Israel, et reliquias Jerusalem, et auferendam memoriam eorum de loco;

36. Et ut constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, et sorte distribuere terram eorum.

37. Et rex assumpsit partem exercitus residui, et exivit ab Antiochia civitate regni sui anno centesimo et quadragesimo septimo; et transfretavit Euphraten flumen, et perambulabat superiores regiones.

38. Et elegit Lysias Ptolemæum filium Dorymini, et Nicanorem, et Gorgiam, viros potentes ex amicis regis;

39. Et misit cum eis quadraginta millia virorum, et septem millia equitum, ut venirent in terram Juda, et disperderent eam secundum verbum regis.

40. Et processerunt cum universa virtute sua, et venerunt, et applicuerunt Emmaum in terra campestri.

41. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum; et acceperunt argentum et aurum multum valde, et pueros; et venerunt in castra, ut acciperent filios Israel in servos; et additi sunt ad eos exercitus Syriæ, et terræ alienigenarum.

42. Et vidit Judas, et fratres ejus, quia multiplicata sunt mala, et exercitus applicabant ad fines eorum; et cognoverunt verba regis, quæ mandavit populo facere in interitum et consummationem;

43. Et dixerunt unusquisque ad proximum suum : Erigamus dejectionem populi nostri, et pugnemus pro populo nostro, et sanctis nostris.

44. Et congregatus est conventus ut essent parati in prælium; et ut orarent, et peterent misericordiam et miserationes.

45. Et Jerusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum; non erat qui ingrederetur et egrederetur de natis ejus, et sanctum conculcabatur; et filii alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentium; et ablata est voluptas a Jacob, et defecit ibi tibia, et cithara.

46. Et congregati sunt, et venerunt in Maspha contra Jerusalem; quia locus orationis erat in Maspha ante in Israel.

47. Et jejunaverunt illa die, et induerunt se ciliciis, et cinerem imposuerunt capiti suo, et disciderunt vestimenta sua;

48. Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum;

49. Et attulerunt ornamenta sacerdotalia, et primitias, et decimas; et suscitaverunt Nazareos qui impleverant dies.

46. *Erat in Maspha*. Cette ville était de la tribu de Benjamin, à peu de distance de Jérusalem. Les tribus s'y étaient assemblées pour résoudre la guerre contre Benjamin à l'occasion de l'outrage fait à la femme du lévite (Jud., XX, 1, et XXI, 5, 8). On s'y assembla aussi sous Samuel (I. Reg., VII, 5), et pour l'élection de Saül (X, 17); Godolias y fut tué après la prise de Jérusalem (Jer., XL, 6, XLI), et c'était, sous les Machabées, le sanctuaire de la nation.

43. *Erigamus dejectionem*. Faciamus ne gens nostra deiciatur et pessumdetur, et quæ jam afflicta sunt erigamus et in pristinum statum restituamus. — *Sanctis nostris*. Templo et rebus sacris.

44. *Conventus*. Græce, συναγωγή, cœtum Judæorum. — *Misericordiam et miserationes*. Copiosam Dei misericordiam.

45. *Sanctum*. Templum. — *Ablata est voluptas a Jacob*. Omnibus mœrentibus et lugentibus, quod tam indigne sancta tractarentur, et quod urbs ad solitudinem esset redacta. Vel *ablata est voluptas*. Græce, τέρψις, *delectatio, gaudium*, quo Judæi afficiebantur in celebratione festivitatum, in quibus instrumenta musica personabant; sic David, Psal. 26, 4, *expetebat videre Domini voluptatem*, græce, τερπνετηα, id est, *delectationem percipere*, et sacris solemnitatibus cum voluptate interesse.

46. *Locus orationis erat in Maspha ante in Israel*. Intelligit tempora Samuelis. Nam, I. Reg., 7, 5, dixit Samuel : *Congregate universum Israel in Maspath, ut orem pro vobis Dominum*, etc. Erat id oppidum in edito loco situm, in confinio tribuum Juda et Benjamin positum, ut putat Adrichomius in descriptione tribus Benjamin, numero 88.

48. *Expandere libros legis*. Qua ceremonia videntur voluisse quodammodo commonefacere Deum de promissa venia penitenti populo suo, et auxilio supplicibus suis, et de hostibus coercendis : simile factum Ezechie, IV. Reg., 19, 14. — *De quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum*. Putant Serarius et Salius gentiles insignes quasque historias et Dei miracula ad deos suos, quasi auctores, transferre studuisse, uti de Eliæ quadriga in solis quadriga versa, ut notat Beda, quæst. 27 in libros Regum. Sensus est ergo, quasi dicat sacer historicus : Expandere libros, ac si Deo dicerent : En, Domine, qui mirabilia magna fecisti pro servis tuis, et similia his, te, cum opus fuerit, facturum promissisti; on inquam, ea impii et profani homines scrutantur, et mendaciter et sacrilege diis suis affingunt. In græcis codicibus vaticanis est, *περι ὧν ἐχρηστων τα ἔθνη τα ὀμοιωματα τὸν εἰδῶλον αὐτῶν*; quæ verba cum nostra vulgata consentiunt; verum in multis græcis codicibus est, *τοῦ ἐπιγραφῆν ἐπ' αὐτῶν, ut inscriberent in ipsis*, id est, ut in ipsis idolorum suorum ima gines depingerent; et ut templum simulacro Jovis profanaverant, ita etiam sacros codices polluerunt, illis idolorum suorum imagines appingendo.

49. *Et attulerunt ornamenta*. Vestes, ornamenta, oblationes primitiarum, et sacros homines ante divinas majestatis spectaculum statuunt, ut tot religionis symbolis Deum ad misericordiam commoveant, et ut lamententur, quod jam nullus sit sacrarum illorum ornamentorum usus. — *Suscitaverunt Nazareos, qui impleverant dies*. Eos qui ad impetrandam populo salutem legis nazareatus se ad aliquod tempus servaturos promiserant, et tempus illud ex-

43. Et ils se dirent les uns aux autres : Relevons les ruines de notre nation, et combattons pour notre peuple et pour les choses saintes de notre religion.

44. Ils s'assemblèrent donc pour se préparer à combattre, et pour prier le Seigneur, et implorer sa bonté et ses miséricordes.

45. Jérusalem n'était point alors habitée, mais paraissait comme un désert : on ne voyait plus aucun de ses enfants y entrer ou en sortir : son sanctuaire était foulé aux pieds : les étrangers demeuraient dans la forteresse, qui était devenue la retraite des nations; toute la joie de Jacob en était bannie : et on n'y entendait plus le son de la flûte ni de la harpe.

46. Ils s'assemblèrent donc, et vinrent à Maspha, vis-à-vis de Jérusalem, parce qu'il y avait eu autrefois à Maspha un lieu de prière dans Israël.

47. Ils jeûnèrent ce jour-là; ils se revêtirent de cilices; ils se mirent de la cendre sur la tête; ils déchirèrent leurs vêtements.

48. Ils ouvrirent les livres de la loi, où les gentils cherchaient à trouver quelque chose qui eût du rapport avec leurs idoles.

49. Ils apportèrent les ornements sacerdotaux, les prémices et les décimes, et ils firent venir les nazaréens qui avaient accompli leurs jours.

50. Et, élevant leurs voix, ils poussèrent leurs cris jusqu'au ciel, en disant : Que ferons-nous à ceux-ci? et où les mènerons-nous?

51. Votre sanctuaire a été souillé et foulé aux pieds : vos prêtres sont dans les larmes et dans l'humiliation.

52. Vous voyez que ces nations se sont assemblées pour nous perdre : vous savez les desseins qu'elles ont formés contre nous.

53. Comment pourrons-nous subsister devant eux, si vous-même, ô Dieu! ne nous assistez?

54. Et ils firent retentir les trompettes avec un grand bruit.

55. Après cela, Judas établit des officiers pour commander l'armée, des tribuns, des capitaines de cent hommes, et des officiers de cinquante et de dix.

56. Et il dit à ceux qui venaient de bâtir des maisons, d'épouser des femmes et de planter des vignes, et à tous ceux qui étaient timides, de retourner chacun en leur maison, selon la loi.

57. Alors l'armée marcha, et vint camper près d'Emmaüs, du côté du midi :

58. Et Judas leur dit : Prenez vos armes, et remplissez-vous de courage ; tenez-vous prêts pour demain matin, afin de combattre contre ces nations assemblées contre nous pour nous perdre, et pour renverser notre sainte religion :

59. Car il nous est meilleur de mourir dans le combat, que de voir les maux de notre peuple et la destruction de toutes les choses saintes.

60. Mais que ce qui est ordonné par la volonté de Dieu dans le ciel, s'accomplisse.

50. Et clamaverunt voce magna in cœlum, dicentes : Quid faciemus istis, et quo eos ducemus?

51. Et sancta tua conculcata sunt, et contaminata sunt, et sacerdotes tui facti sunt in luctum, et in humilitatem;

52. Et ecce nationes convenerunt adversum nos ut nos disperdant; tu scis quæ cogitant in nos.

53. Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu, Deus, adjuves nos?

54. Et tubis exclamaverunt voce magna.

55. Et post hæc constituit Judas duces populi, tribunos, et centuriones, et pentacontarchos, et decuriones.

56. a Et dixit his qui ædificabant domos, et sponsabant uxores, et plantabant vineas, et formidolosos, ut redirent unusquisque in domum suam secundum legem. [a Deuter. 20. 5. 8. Jud. 7. 3]

57. Et moverunt castra, et collocaverunt ad austrum Emmaum.

58. Et ait Judas : Accingimini, et estote filii potentes, et estote parati in mane, ut pugnetis adversus nationes has quæ convenerunt adversus nos, disperdere nos et sancta nostra?

59. Quoniam melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostræ, et sanctorum.

60. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat.

CHAPITRE IV.

Judas Machabée défait Nicanor et Gorgias. Sa victoire sur Lysias. Le temple est purifié et la montagne de Sion fortifiée.

1. Alors Gorgias prit cinq mille hommes de pied et mille chevaux choisis, et décampa la nuit,

CAP. IV. — 1. Et assumpsit Gorgias. Il avait laissé dans le camp la plus grande partie de l'armée sous la conduite de Nicanor, et il avait espéré surprendre Judas et sa petite armée. Mais Judas fut prévenu et profita de cette division pour les attaquer séparément et les vaincre l'un après l'autre.

pleverant, statuerunt, et collocarunt ante Deum, ut precibus ad Dominum fuis, quasi jure poscerent tantæ calamitati remedium, et ut hostias que in fine nazareatus ex præscripto legis Numer., cap. 6, n. 13, offerrendæ erant, rite offerrent. Vel, Nazareæ qui impleverunt dies, græco, οἱ ἐπλήρωσαν τὰς ἡμέρας, sunt Nazareæ jam senes, qui totam ætatem in Dei cultu contriverant : quæ explicatio bene convenit cum sequentibus.

50. Quid faciemus istis? Senes hos quomodo tantæ cladi subtrahemus, cum expedito nos assectari non possint annis graves? An eos hosti prædam relinquemus? Vel sententia est : quid faciemus hisce Nazareis ut rite compleant quæ in fine nazareatus complenda lex præscribit, et quo eos ducemus? Ducendi enim erant ad ostium tabernaculi, ut præscribitur in libro Numer., loco citato.

51. Facti sunt in luctum. Lugent ipsi; vel miserabilis eorum status et conditio lugetur. — Humilitatem. Abjectionem.

55. Tribunos. Tribuni mille præerant militibus, quare etiam a Græcis χιλιαρχοὶ dicebantur. — Centuriones. Qui centum militibus præsent. — Pentacontarchos. Qui præsent quinquaginta. — Decuriones. Qui decem.

56. Secundum legem. Deut., 20, 5, 6. Vide etiam Judic., 7, 3.

58. Accingimini. Armis, vel parati estote. — Filii potentes. Fortes et strenui,

59. Sanctorum. Sacrorum.

CAP. IV. — 1. Gorgias. Quia a Lysia dux fuerat electus, supra, c. 3, n. 38.

2. Ut applicarent ad castra Judæorum et percuterent eos subito; et filii qui erant ex arce, erant illis duces.

3. Et audivit Judas, et surrexit ipse, et potentes, percutere virtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum.

4. Adhuc enim dispersus erat exercitus a castris.

5. Et venit Gorgias in castra Judæ noctu, et neminem invenit, et querebat eos in montibus; quoniam dixit : Fugiant hi a nobis.

6. Et cum dies factus esset, apparuit Judas in campo cum tribus millibus virorum tantum; qui tegumenta et gladios non habebant.

7. Et viderunt castra gentium valida, et loricate, et equitatus in circuitu eorum, et hi docti ad prælium.

8. Et ait Judas viris qui secum erant : Ne timueritis multitudinem eorum, et impetum eorum ne formiditis.

9. a Memento qualiter salvi facti sunt patres nostri in mari Rubro, cum sequeretur eos Pharaon cum exercitu multo. [a Exod. 14. 9.]

10. Et nunc clamemus in cœlum : et miserebitur nostri Dominus, et memor erit testamenti patrum nostrorum, et conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie.

11. Et scient omnes gentes, quia est qui redimat et liberet Israel.

12. Et elevaverunt alienigenæ oculos suos, et viderunt eos venientes ex adverso.

13. Et exierunt de castris in prælium, et tuba cecinerunt hi qui erant cum Juda.

14. Et congressi sunt : et contrita sunt gentes, et fugerunt in campum.

15. Novissimi autem omnes ceciderunt

2. Pour venir attaquer le camp des Juifs, et les accabler tout d'un coup sans qu'ils y pensassent : et ceux de la forteresse leur servaient de guides.

3. Mais Judas en fut averti ; et il marcha aussitôt avec les plus vaillants de ses troupes, pour attaquer le gros de l'armée du roi, qui était à Emmaüs.

4. Car une partie de cette armée était encore dispersée hors du camp.

5. Gorgias étant donc venu pendant la nuit au camp de Judas, n'y trouva personne ; et il les cherchait sur les montagnes, en disant : Ces gens fuient devant nous.

6. Lorsque le jour fut venu, Judas parut dans la plaine, accompagné seulement de trois mille hommes, qui n'avaient ni boucliers, ni épées.

7. Et ils reconnurent que l'armée des nations était forte, et environnée de cuirassiers et de cavalerie, qui étaient tous gens aguerris.

8. Alors Judas dit à ceux qui étaient avec lui : Ne craignez point cette grande multitude, et n'appréhendez point leur choc.

9. Souvenez-vous de quelle manière nos pères furent sauvés dans la mer Rouge, lorsque Pharaon les poursuivait avec une grande armée.

